

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Scientia universalis concionandi seu dictionarium morale - Cod. Ettenheim-Münster 88-91**

A-C - Ettenheim-Münster 88

**Richard, Jean**

**[S.l.], 1776**

Blasphemia

[urn:nbn:de:bsz:31-110859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110859)



efficiat; quod totum Deum videant, quid sit, quid pro  
 ipsis fecerit, ipsorum praedestinationis secreta, gratias,  
 quas acceperunt, &c.

In secundo, quod Beati non modo cognoscant Deum,  
 sed etiam diligant, atque tria ipsorum dilectionis ma-  
 gitudinem manifestent, quorum primum est ipsorum  
 propensio ac vehemens desiderium; secundum, lumen  
 gloria; et tertium, illicium quod in Deo est.

In tertio ostendit, quod inter Deum et Beatos sit  
 unitas moralis, 1<sup>o</sup> operationis, 2<sup>o</sup> vite, 3<sup>o</sup> substantiae et  
 naturae.

In quarto, loquitur de gaudio Beatorum, cuius plenitu-  
 dinem quatuor efficiunt, 1<sup>o</sup> Magnitudo et excellentia ob-  
 jecti ipsorum. 2<sup>o</sup> Capacitas Subjecti. 3<sup>o</sup> Perfecta unio poten-  
 tiae et objecti. 4<sup>o</sup> Affectus et attentis Status sui.

### Blasphemia.

Sermo primus.

Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.

Exodi 20.

Pro ingressu  
 ad tractus.

Dei nomen ipsi Deo non minus charum est, quam pro-  
 prium suum esse, inquit Origenes: et quantum ipsius intar-  
 est suam tuam gloriam, tantum etiam ipsius refert curare,  
 ut Sanctum ipsius nomen honoratur et adoratur. Ubi de  
 eo Davidi sermo est, illud pronunciaré non audeat, tantam  
 habet illius venerationem. Benedictum, inquit Psal. 71. no-  
men Majestatis ejus in aeternum, et replabitur Majestate  
ejus omnis terra. Quando Judaei de eo loquabantur, illud  
 adeo augustum existimabant, ut ineffabile crederent;  
 notatque Philo, solum Sacerdotem Magnum illud pronun-  
 ciasse, cum populo benediceret, idque adeo caute, ut ne-  
 que nominis hujus pronuntiatio aut articulatio levaretur.

112.

Et tamen hoc ineffabile nomen, nomen venerabile,  
 nomen majestatis et gloria plenum hodie profertur sine  
 respectu, sine animi collectione, sine reverentia; et adhuc  
 magis inauditum est, hoc ipsum nomen laeditur non modo  
 imprecationibus at juramentis inutilibus, sed et in contem-  
 tum adducitur atque infamia notatur per scandalosus  
 blasphemias.

113.

Dantur juramenta licita, et quae sine peccato profertur  
 tur; at quaevis blasphemia horrendum semper fuit pecca-  
 tum. Jurare quis potest, modo id faciat cum veritate, justit-



tia et prudentia. Sed nomen, quacunque seminum occasione nomen Dei blasphemare sine excusando crimine unquam potest: Nomen, ante quod omne genua flecti debet; Nomen, quod terrore replet quidquid in caelo, in terra, et in inferno est; Nomen tamen adversum quod blasphematores abominandas suas evomunt execrationes, et unde duo summum horrorem injicere nobis debent. Primum, crudelis injuria, quam blasphemia Deo infert. Secundum, terribilia supplicia, quae Deus ex blasphemia sumit. Blasphemia perpetrata, quanta injuria? Blasphemia vindicata, quantum supplicium?

Divisio.

114.  
Part. 1. ma

S. Aug. l. ii. de  
moribus Mani.  
ch. c. 2.

Iniquum verbum proferre, ut Deo injuria irrogetur, id SS. Patres ac Theologi blasphemiam nuncupant, quae juxta ipsos variis modis perpetrari potest. 1<sup>o</sup> Adhibendo ipsius sacrum nomen in rebus nihili sine reverentia et necessitate. 2<sup>o</sup> Pejorando. 3<sup>o</sup> Verba profarendo, quae contra Dei, Sanctorum, Religionis ejusque mysteriorum honorem tendunt.

115.

Nihil Christiano dignius, quam invocare nomen Domini, illud laudare, et cum devotione ac reverentia pronuntiare. Lauda anima mea Dominum; illum laudare non sufficit, inquit David: Ita, addit, laudabo ipsum in tota vita mea, psallam ipsi, quamdiu fuero. At nihil indignius, quam illud omni occasione adhibere, in sermonis ornatu, aut pro rebus meris futilibus, atque sic hoc sancto nomini abuti. Regè utique ferres, si nomen tuum ubique in cauponis aut comitis voveretur; cur ergo indiscriminatum et in omni casu Dei nomen pronuntiare vis?

116.

\* Jerai. 45.

\* Jerem. 22.

Graviosem adhuc illi inferri injuriam quando pejoras. Jurandum omni tempore adhibitum fuit: \* Per sanctissimum juravit Dominus. Prophetæ sapiens per Dei vitam juravit, \* Vivit Dominus. Jesus Christus verba sua jurando confirmabat, Amen amen dico vobis: Sanctus quoque Paulus, ut veritatibus, quas prædicabat, majus pondus adderet, Deum in testem vocabat, Testis mihi est Deus. At perjurium semper est prohibitum. Qui per Deum aut Sanctos falso et contra conscientiam jurat, se aliquid facturum, quamvis agendi illud nullum sit ipsi consilium; vel rem aliquam ita esse, atque eandem se aliter habere sicut, maximum committit peccatum.

117.

Quid ergo de eo sentiendum, qui ulterius progreditur, ac nomen Dei blasphemat? Paucula rationes nobis demonstrant, quam abominandum sit hoc peccatum. Inter peccata, inquit Hugo à S. Victore, sunt aliqua, quae corruptionem subiecti ca-



perpetrantis respicient, ut ebrietas, et impudicitia; alia injuriam proximo illatam, ut furtum, et homicidium: Sed sunt adhuc alia, quae Deum in suo honore directa adorantur, et tale est Blasphemia\*. Scitis, in Regnis maxima ea esse flagitia, quae Summae laesae Majestatis crimina nunciantur, eo quod ipsa Principis persona in vita et honore, de quo Status vel maxime sollicitus est, laesatur.

At in materia Religionis, summum laesae Majestatis divinae crimen est blasphemia: Deus per eam directa laesatur in sua persona, primum enormitatis ipsius signum.

Secundum signum hoc est: Quo fortior ac vehementior est tentatio, et concupiscentia magis irritatur, eo minus est peccatum: Quo plura sunt in objecto illicita, eo malum est levius: Ex hoc principio obscenitas magnum equidem est peccatum; sed voluptatis illabebra, carnis fragilitas, tantationis molities, elegans creaturae forma, illius enormitatem minuat. Avertat Deus, ut hinc illam excusare velim; Sufficit mihi duxerat hanc adhibere rationem, ut vobis demonstrarem, quod blasphemia sit adhuc enormior, atque majus corruptio- nis et malitiae fundum denotat.

Quid hominem impudicum afficit? voluptatis amor: Quid avarum? praetensum bonorum commodum: Quid ultionis avidum? fictus ulciscendae injuria honor. Impudici, avari, vindicta cupidi, Deum offendere vobis animus non est, sed solummodo vestram explere cupiditatem: Sed quia nec carnis desideria sequi, nec vita superbiam amplecti, nec cor vestrum in divitiis vestris collocare sine Dei offensa valetis; illum potius offendere, quam genio vestro non indulgere, vultis.

An blasphemi par ratio? non certe; nulla illabebra, nulla voluptas, nulla explendi animi ratio illum impedit ad male de Deo loquendum: Infelix homo iste illum offendit ut offendant atque injuria afficiat; Infelix iste, illum sine ulla mentis commotione, sine labore, sine attentione et ridendo illum offendit.

An quid simile unquam visum est; non dico tantum inter populos ad urbanitatem et humanitatem traductos, sed et inter ferocissimas nationes? An semel auditum, quod Ethnici divinitatibus suis, atri falsis, unquam maledixerint? An semel auditum, quod Turcae similibus injuriis Mahometem suum, etri virum sceleratum et impostorem, affecerint? Merito igitur de plerisque aetatis nostrae

\* Nihil horribilius  
quae ponit in ex-  
calum os suum.

Hieron. in c. 18.  
Isaia.



paucioribus dicere possumus, quod Salvarius de huius saeculi impiis dicebat, quod scilicet omnia propter Deum apud ipsos sint in pretio, quod omnia specie quamdam meriti et dignitatis habere ipsis videantur, excepto Deo, qui ipsis vilis et contemptu dignus videtur. Demones sibi estimationem conciliant in idolis; impostoribus et inferni aedulis reverentia exhibetur, solus Deus ignominia et contemptu afficitur: Ita, inquam, Deus supremus coeli et terrae Dominus; Ita, Deus, à quo solo omnia pendunt; Ita Deus, cuius gratia omnia subsistunt, et vivunt.

120.

De S. Polycarpo memoratur, quod, cum dirissimis suppliciis torquerentur, etque tyrannus, se illum ab eis liberaturus sponderet, modo Deum suum blasphemaret et abnegaret; fidelis hic et magnanimus Christi Athleta et Martyr ei responderit: Par totam vitam meam à Deo meo non nisi bona suscepi; cur ergo ipsi malum vellem aut dicere? octoginta abhinc annis infinitis me cumulavit gratiis, cur ergo ipsum abnegarem, atque Sanctum ipsius nomen blasphemarem?

Digna magni Martyris attentio, sed attentio, quam et vos facere debetis, vos, qui horrenda impietate Deum lacessitis, cui pro vobis non nisi amoris et tenacitudo sentia hent? Deum, qui etiam nunc vobis dicere posset, quod olim Judaeis lapidibus et siliis adversus ipsum armatis dicebat: Multa bona opera ostendi vobis ecc. Patre meo: propter quod eorum me lapidatis? Ingrati, inhumani, barbari, cur mihi malitiam vultis? an forte quia vos creavi, conservavi, in sinu Ecclesiae meae nasci feci, tot peccata vobis indulsi, à tot malis vos servavi, tantis bonis cumulavi? an forte propter quadam horum beneficiorum contra me in imprecationes convulsis? an forte quia p.

His duabus rationibus, quae blasphemiam enormitatem vobis palam faciunt, et tertiam, quam ex S. Ephraem, qui mihi priores duas etiam <sup>num</sup> subministravit, hauri. Blasphemiam scilicet ex speciali quodam caractere, est peccatum damnosum, peccatum, quod infernum aperit, quod ibi jam à pluribus saeculis perdurat, atque in aeternum perdurabit. Si quaeras quid sit infernus, quid agant, et quid semper egerint, qui à tot jam annis in illum precipites acti fuerunt, tibi cum S. Joanne in sua Apocalypsi respondebo, esse autem obscurum, regionem et regnum tenebrarum, ubi damnati pro dolore sibi linguam manducant, ubi malorum suorum et plagarum ipsis ab ultro justitia inflatarum vabe-

Enacarbanus enim, qui tanta nobis bona donavit, qui pulcherram à terra capiens formavit hominem, et inspiravit in eum spiritum vitae; qui cuncta subjacet sub pedibus suis, et nos dormientes custodit, et excitatores prolegit, et erigentes nutrit, et nudos vestit, pusillanimes consolatur, corripit, et miseratur, p. S. Ephraem Barsani 47. 121.

\* Et factum est regnum eius tenebrarum et manducaverunt linguas suas proa solo.



mentia prossi; contra Deum coeli blasphemias avomunt, et ubi denique, quaeque Ierimum supplicia perforant, tamen nullatenus pro peccatis suis satisfaciunt, nec de illis agunt poenitentiam. Pati et blasphemare, haec ab illo, quò in infernum denuderunt, tempore fuit occupatio. Pati et blasphemare, haec ipsorum per totam aeternitatem erit functio, quemadmodum Beatorum functio est, ut ab omni loco exempti in sempiternum Sanctum Dei nomen laudent et benedicant.

Ô inferne, quàm detestabilis es hac complexione malorum, quae in omnes tolerant, quos tuis tetrois carceribus inclusos tenes! at quàm detestabilior adhuc mihi videris tot blasphematorum, quibus replatus<sup>25</sup> infinito numero! Inferna ut ut terribilis sis, exigua tui habeream rationem, si in te Deus laudaretur et benediceretur! Verum quamvis ibi nulli cruciatus tolerandi forent, omnium tormentorum maximum esset, visio Dei privari, et contra adorandas ipsius perfectiones blasphemare.

Blasphemator, quisquis Ierimum sis, egenus aut dives, ignobilis aut nobilis, haec detestanda est hic in terris tua occupatio, et, ut verbis Sancti Ephrem utas, inferni novitiatum inchoas. Tu jam nunc agis, quod in illo tenebrarum regno agunt reprobi; idem tibi at Daemonibus opificium, idem cantus; et quod in hac vita inchoas, aeternum in altera continuabis. Quis non videat, tibi eundem esse cum damnatis genium, ut qui illorum idioma tam perfectò calleas. Ex sermone tuo quis sis, et quis futurus sis, aperte dignoscitur, nisi ex speciali coeli gratia ad sanam mentem redeas. Jam nunc infernalium furiarum funesta fis echo: si ipsa blasphemant, te etiam audio blasphemantem; si Deo malè precantur, audio te ipsi quoque malè precari. Quis, putas, te salvabit, cum scandalosâ impudentiâ in salutis tuae Deum et Patrem omnis misericordiae convicia jasis? Age ergo poenitentiam de peccato tuo, vel Euloria, Religioni, Sacramentis, Paradiso, Deo tuo renuncia.

Quae dico S. M. ea non sine fundamento eloquor; unumvarò quis credere possit, Deum ad illatas sibi insignes contumelias et ad malebata in se jacta fore insensibilem? Quò morbus aliquis propius cor, quod est vitae corporae principium, adortur, eò magis ipsa est periculosior; et quò magis peccatum aliquod Deum ipsum, qui vitae spiritualis est principium, adortur, illud est eò enormius, inquit S. Thomas\*. Et

ribus, et suis vulneribus, et non agerunt poenitentiam ex operibus suis.  
Apocyp. 18.

122.

Part 2. Ja  
123.

\* Quaest. 13. art. 3.



quia hic particularis character blasphemiae est, inde facile dignoscitur, quanta sit ipsius enormitas, adeoque quam horrenda etiam sint illa supplicia, quae sibi auersit: blasphemias perpetrata, quanta injuria! blasphemiam vindicata, quantum supplicium!

124.

Ut haec de re aequum fore valeamus iudicium, libros sacros, sacrosque Annales nostros aperiamus: ibi reperiamus tria poenarum adversus blasphemos sacrorum genera, poenas Canonicas, poenas temporales, et poenas aeternas.

Primas vero poenas Canonicas: Legimus in Decretalibus Gregorianis, blasphemum condemnari, ut septem diebus continuis diebus Dominicis ante fores Ecclesiae, dum lava ibi dem peraguntur, stat, atque septimo in conspectu totius populi ibidem comparcat, sine pallio, sine calceis, funeque ad collum adigato: et casu quo hanc poenitentiam subire detinet, Canon statuit, ut ab Ecclesia expellatur, necnon post mortem cadaver ipsius ad viaria purgamenta projiciatur. Poena haec magna est; at crimen, pro cuius expiatione imponitur, adhuc illa majus est. Haec humiliatio admodum dura est; at flagitior adhuc blasphemus. Haec Ecclesiastica, in terra Sava sepultura privata est valida terribilis; at quis nascit, Deum in Levitico\* proscipisse, ut extra castra blasphemus educeretur, et à populo suo separarentur? Ne id miraris, inquit glossa ordinaria, infelices hi timorem, veritatem, et charitatem Dei suo peccato jam amiserunt, oportet ergo, ut ab ipsius Ecclesia et fidelium communione separantur; Deum abnegarint, nocuisse ergo est, ut Daemoni tradantur, quemadmodum S. Paulus ait, se eundem tradidisse Himerneum et Alexandrum; Tradidit eos Sathana, ut discant non blasphemare\*.

\*c. 24.

\*1. ad Tim. 8.

125.

Secundas poenas vero poenas temporales. Eodem Levitici loco invenimus Legem, quae expressè jubet lapidari blasphemus. Nam si ille, qui patri et matri suis maledixit, morte damnatur; à fortiori ratione, qui contra Deum suum, qui ipsi peior esse debet, quam pater et mater, blasphemias evomit, idem meretur supplicium: et insuper, si sicarius morte punitur, an non blasphemus idem sibi auersit supplicium, cum optat, et quantum in se est, Deo suo mortem inferat?

126.

Unde, ut notat Theodoratus, Moyses Legem homicidii et blasphemiae simul conjunxit; idem enim crimen est, idem et supplicium esse debet. Hinc etiam S. Augustinus ait, quod illi, qui contra Jesum Christum in coelis regnantem blasphemias evomunt, non minus peccant, quam Judaei, qui illum cruci affixerunt, cum adhuc esset viator super terram. Imo



addi potest, istud hinc inter eos esse discrimen, quod nempe  
Judaei, si hunc gloria Regem cognovissent, nunquam eum cruci-  
fixissent, cum e contra blasphemus illum, quem aggressus  
et laesit, cognoscat: quod Judaei non nisi in Deum blasphemum,  
mortalem, omnibusque natura nostra miseris exposi-  
tum sacrificas manus intulerint, cum e contra blasphemus  
e insolentia procedat, ut eum in throno suo et splendore ma-  
jestatis suae offundere non veretur.

Quanta hinc vobis infelicitum horum vita exitum exem-  
pla possem afferre! Pharaon una cum potanti saevitum ma-  
ris rubri fluctibus oppressus et submersus; Sichan lapidatus;  
Core, Dathan et Abiron terra, quae sub ipsorum pedibus aper-  
ta est, hiatu sepulti; Nicanor in pugna occisus, cujus caput  
et brachia funesta impietatis ipsius instrumenta Hierosoly-  
mam in triumphum suum asportata, ut Deo Israel satisfaceret,  
quem per blasphemias suas contumelia affecerat.

Adorat Sennacherib falsos Deos; imperio suo fortissimas  
et munitissimas Judaea civitates subjiciat; Ezrahiam Juis  
conditionibus ab ipso pacem amere cogat; uno pacem  
hanc iniqua violet, quae Jerosolymam obsideat; impune  
has iniquitates et crudelitates exercet: at quamprimum  
contra Deum Israel blasphemias suas avocavit, tum Sta-  
tim exterminator Angelus una nocte centum octoginta  
quinque millia hominum delet, hincque impius Ninivan  
non revertitur, nisi ut turpis in suo regno mortiferis pro-  
pionum filiorum manibus vita privetur.

Denique ultima blasphematorum poena, et magis ad-  
huc pertimescenda mihi videntur, sunt poena aeterna.  
Angeli apostatae ob crimen istud a coelo in infernum proci-  
pitas acti fuistis: et vos, qui bestiae characterem gestatis, sti-  
am ob crimen istud eisdem supplicii tradamini.

Vidi, inquit S. Joannes\*, vidi bestiam illam exsurgentem  
de mari habentem capita septem... et super capita ejus no-  
mina blasphemiae exarata erant, ac si illi datum est, ut  
os suum aperiret, unda non nisi blasphemiae prodierunt;  
sed tandem prociaps acta est in abyssum infelicitatis aeternitatis,  
et qui ad partes ipsius accesserunt, missi sunt ignis et sulphu-  
ris in eam.

An pluribus opus est Fr. M. quod vobis adversus excoran-  
dum hoc peccatum horror aeternus ingeratur? Veneranda  
Corporis Jesu Christi membra, quibus tot Cantusque titulis  
sumus devincti, heu! quam indignè ab hominibus habemini!  
Augustum Jesu Christi Caput Spiritus coronatum, vantar Jesu  
flagris caesus, pretiose Jesu Sanguis pro nostra redemptione affe-

127

\* Caput Nicanoris  
amputaverunt  
et Jossaturam ejus,  
quam catendat  
erat superbia, et  
suppenderunt  
contra Jerusalem.  
i. Math. c. 17.

128.

\* Apocalyp. 13.



sa, mors divina Jem vita nostra principium, quid? ta ab infanibus et sacrilegis linguis prophanatam et ignominia affectam cum moerore videmus? Adoranda Salvator, quam magna est patientia tua in hisce tolerandis iniquitatibus! Angeli exterminatores, Dei vindictarum ministri, nulla ergo vobis amplius fulmina, quae in flagitiosa haec capita vibratis? Terra, nulla tibi amplius abyssus, quae illos deglutiat? Aer, nullus tibi amplius pestifer vapor, quo suffocantur? Ignis nullus tibi amplius ardor, quo concremantur et devorentur? Impii, vos patitur Deus, sed in altero mundo poena infinite majores, quam hic toleraretis, vobis servat. Impii, Deus vos patitur, at haec forte ultima misericordia sua dies est, quae clapsa, nisi serio conversionem vestram cogitatis, nulla amplius vobis reliqua erit.

129.

Si Deus vobis gratiam largitur in vestro lectulo vitam ponendi, si misericordia prodigio non ita vobis um agit, prout cum tot blasphematoribus agit, qui violenta et praecipiti morte extintilunt: Si in lectulo ido, in quo agri jacebitis, vobis adhuc rationis et libertatis usum relinquit; ad vos crucifixus deferretur, et ad eum amplectendum et osculandum invitabimini; at quo animo tum affecti eritis? Os istud sacrilegum, quod tot imprecationes in eum evomit, poteritne illius illum laudare et benedicere? Lingua ista diabolica, quae per tot blasphemias ipsum contumeliâ afficit, valebitne statim se in Cherubinam et Seraphinam transformare, ut ipsi profunda obsequia exhibeat?

130.

Vos, qui scandalosa et enormi impietate ipsum percipit, per sanguinem, per ventrem, per adorandi ipsius corporis partes apprehendistis, invenistis Deum hunc, quem toties inivistis, contumeliâ affecistis, vestrisque blasphemis offendistis, paratum ad impartendam vobis misericordiam? Haec serio cogitate, vos infelices; haec, inquam, serio apud vos reputata; et si hodie vocem ejus audieritis, nolite ultra obdurare corda vestra; forte vobis indulgebit, ipse, qui dicit, quod si peccator ex toto corde suo ad ipsum reversus fuerit, propteritarum impietatum suarum non amplius recordaturus sit.

### Blasphemia.

#### Sermo Secundus.

Nunc autem deponite et vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. ad Coloss. 3.

Ita H. M. oportet vos nunc et in perpetuum.

Pro Dom. 8.  
post Cantat.

131.



omnia ea peccata deserere, quorum Apostolus vobis locit numerum; et si salutis vestrae desiderium vobis cordi esset, iam diu eisdem renunciaissetis. Ex hoc magno peccatorum numero illud hic seligo, quod omnibus SS. Patribus enormissimum visum est, blasphemiam dico. Per eam irae impetus erumpunt; per eam malitia cum tota sua impudentia prodit in apertum; per eam colloquia inhonesta et impia cum summo scandalo et abominatione patresunt.

Non satis esse videtur hominibus irasci; sed et in ipsum Deum indignationis et furoris tela jacienda. Non satis esse videtur, malitiam et corruptionem in cordis secreto occultare; sed oportet, ut execrandis imprecationibus illam avomat. Non sufficit cavillationis, impuritatis, detractionis verba profusa; sed quò funestum hoc peccatoris opus consummatur, oportet, ut sordes suas etiam in ipsum Dei nomen avomat: ipsum blasphemis suis rideat, ei que obtrahat.

Nunc autem deponitis: Modò peccatum istud deserere vos oportet. Jam satis longo tempore Deum offendistis, et si vobis eam càm severitate egisset, quàm cum innumeris blasphemis agit, iam diu und cum ipsis in inferno conciatu et supplicia sine intermissione et sine sustineretis. Igitur ex faventi, quod vobis reliquit, momento compendium facite; et quia remedium, quod non contra peccatum hoc vobis proponam, eos, qui illud perpetrant, et audiunt, respicit, his duabus idem pro vestra eruditione inhaerebo.

Blasphematis nomen Dei, in crimen vestrum: quodnam illius erit remedium? In prima sermonis mei parte vobis explicabo. Si vos ipsum non blasphematis, sed impios, qui blasphemant, auditis: quid vobis agendum, ne ipsorum peccati rei efficiamini? In secunda parte docabo.

Ut statim rem ipsam attingamus, speciatim tria animadverto, quae in partem blasphemiae veniunt, eamque in mundo communissimam reddunt, ira nempe, tardium, et asuetudo. Efferati, non contenti, Apud priores est impatientia: apud alteros murmur: et apud tertios asuetudo. S. Paulus in hoc suae ad Colossenses Epistola loco omnes tres complexi videtur, iram: ex irae impetu blasphematur, an iracundia; indignationem: blasphematur pro stomacho et indi-

Divisio  
132.

Parti prima



gnatione, en tordim, Malitiam: Denique blasphematus ex inveterata et longo usu contracta malitia, in assuetudo.

233.

Id ipsis cum eodem Apostolo dicere possumus, ut nampe se ab omnibus hinc peccatis expediant, si blasphemias vomere amplius nolint: Nunc autem deponite et vos omnia, Vobis iracundis dicamus, ira vestra moderemini. Vobis afflictis et cordis affectis, Submitte vos; et vobis, quos mala et inveterata assuetudo ad blasphemandum adducit, dicamus: ad frugem vos recipite. Tria excellentia remedia ad coercendos omnis generis in Deum blasphemias et maledicta.

\* Lib. 3. De gubern. Dei.

Ab ira plerumque avomuntur, <sup>Prima</sup> semper iracundia tota maledicta sunt si inquit Salvianus: quidquid non possumus imbecilles, optamus irati, et in omni animarum indignatione etiam motu votis malis pro armis utimur.... Unde unusquisque hominum evidentissima probat, quidquid fieri adversariis suis optat.

134.

Homini violento et offerato haec non sufficiunt, sed eo insolentia procedit, ut Deum ipsum lacepsat; <sup>in</sup> illum execranda furoris sui tota vibrat; et ut velit ipse rabiei suae victima esse deberet, istis contra creaturas imprecationibus maledicta sua et blasphemias adjungit, ut sic et creatorem suum contumelia afficiat. Cavete hunc militem, audite hunc incarnatum Daemonem; Sacerilegum os suum non aperit, nisi ut ipsi mala peccetur, illiunque abneget; hic furoris sui finis et terminus. Judaeis et Ethnicis peior, singulis momentis in horrendas blasphemias erumpit.

Videte hunc lusorem: ipsi non sufficit castas in fonte discepsisse, taxillosque in ignem projecisse, cum pecunias perdit suas; non contentus infortunium suum deplere, aut alios subtilitatis et doli insimulare: infortunii causam Deo imputat, et cum malum, quo rabies sua velut ex vindicta ipsum afficere imperat, illi inferre non valeat, ipsius divinitatem in contantum adducit eam abominanda cupiditati suae devovens.

Audite litigatorem istum, qui causam suam caudit; Haec enim hunc adversus Deum suum indignatione commotum, vel hunc patrem contra filium suum, non sunt nisi execrationes et blasphemiae, ad quas gemunt et terrore



contremiscunt moesti illarum testes aut infelices vi-  
tinae. Hae sunt prima irae ipsorum tela, sique statim  
ira sua impetus et furorem effundunt, prima irarum  
tela maledicta sunt.

Si Holophernes contumeliosè Deum Israël contem-  
nit, Zelosumque ac pieum Rehor ipsius gloriam Defen-  
dentem hisce alloquitur\*: "Quoniam prophetasti, quòd \* Judith 6.  
"Gens Israël Defenditur à Deo suo: ostendam tibi, quòd  
"non est Deus sicut Nabuchodonosor. Si vobis Majesta-  
tis Divina adeò injuriosus illum alloquitur, simul notat  
S. Scriptura, illum Summo irae impetu agitatum fuisse,  
Iratus Holophernes vehementer.

Si Nabuchodonosor contra verum Deum blasphemavit,  
tunc idè, quia effrenata ipsius cupiditas eum ad extra-  
ma quaeque impedit, ira percitus est, quòd Danielis Socii  
Statuam ipsius adorare, adeoque creaturae mortali hono-  
ras illos, qui soli Creatori immortalis debentur, exhibere  
renuerint: Et si in Actis Apostolorum\* legimus, quòd Ju- \* c. 13. et 18.  
dai in Paulum insurgant, atque insolentibus sermoni-  
bus suis Christi Jesu, cujus divinitatem ipse predicabat,  
gloriam labefactant: non alia ratione in has imprecatio-  
nes et blasphemias erumpunt, quam quia furor effrensus  
erunt: Contradicunt Judaei his, quae à Paulo dicebantur,  
blasphemantes et contradicantes.

Sicut ergo ad sanandum periculosum morbum illius  
causae sunt inquiranda ipsaque mali fons repelandus:  
quò ab hoc execrando peccato sanemini, vel apprimè re-  
fert, ut calorem et impetus abjiciatis, ex quibus illud  
plerumque oritur. Nunc autem deponite et vos om-  
nam iram. Vobis ipsis imperate S. M. Vobis ipsis impe-  
rate, vehementes hujus cupiditatis impetus cohibete,  
cogitate vos esse homines, vos esse Christianos, nihilque  
sive prudentiae hominis, sive religioni Christiani adeò  
esse contrarium, quàm hoc affrenata passio. Ira excandescit  
tis, adversus quem? Sæpè adversus res inanimatas: blasphe-  
matis, contra quem? plerumque id vos ipsi nascitis. Verum  
an oportet, ut Deus furoris vestri injuriis exponatur, illum-  
que diis adoratis, ille, qui vos iravit, atque singulis  
diebus conservat? Misere et detestabiles creaturae! Effre-  
nate hominum! Ethnicus te compedit\*: abjectum terra ex-  
crementum hominum impetis, sed hito, quòd tam perdas ope-  
\* Genes. 16.  
de ira. c. 3.



ram cum Deo irascaris, quam cum idem alter precaris iratum.

Trabor, pluraque tibi dico, quam Ethnicus iste sensit: non parvis operam, Deus enim tibi, quod mereris, retribuere tuasque blasphemias ulcisci ultro licet: manus ejus nondum torpescit, et ipsius fulmina non minorem vim habebunt ad te conterendum, quam jam primis mundi Saulis habuerint.

135.

Verum dicit mihi aliquis; si interdum contingit ut murmuram et blasphemem, tum ideo id evenit, quia res meas, passum ire, consilia mea cassa et irrita fieri, familiam meam ad ineitiam redigi carno: Modò lita cado, modò transitus militum res familiari me exiit; hic servus in meas fortunas involat, ibi uxor vesanis sumptibus bona mea dissipat: quomodo me vestam, non nisi contradictiones et infortunia occurrunt.

Quamvis haec ita essent mi Frater, an ergo tibi propterea blasphemandum est? an ergo imprecationes tuas tuam instaurabunt? an inde ditior vel magis contentus eris? Si in tua calamitate Deum laudaveris, tum salus tua in tuto est, inquit S. Chrysostomus\*, sed si furor et blasphemias te permittis, tum anima tua et divitiae eodem involventur exitio; et tantum abest, ut impatientia damnata tua reseriat, quin potius non nisi iridem augendis procedit. Voluntati divinae te totum permittè mi chara Frater; et quidquid tibi evenierit, cum Spiritu submissionis ad imperia ipsius providentiae iudicia dicite: Dominus mihi facultates dederat, Dominus easdem mihi abstulit, sit sanctum nomen ejus benedictum. Si ignis domos et divitias tuas consumpsit, cogita, inquit S. Chrysostomus, quòd tibi domibus et divitiis non pepererit. Si famem et frigus toleas, sit tibi solatio pii et infelicitis Lazaris, Prophetae, Apostolorum, Martyrum, totque Sanctorum memoria, qui horticà patientià se supra omnes vitae calamitates exereant. Ex ore illorum nunquam minimum impatientiae lignum prodit; nunquam de Deo conquesti sunt, ipsi, qui de sibi immisissis calamitatibus ei grates repandebant, et qui veluti tres pueri in fornace, inter voraces prunas mediū laudes illius decantabant.

Homines erant, sicut et nos, at nos, sicut ipsi, sancti non sumus: magis affligebantur quam nos, at nos non ita de Deo sentimus, sicut illi. Hi gratia Principum privati et amandati; isti in doloris lecto, velut flagi-

\* Hom. i. ad pop.  
Antioch.



tiorum in vita, corroborati; illi contumeliosus affecti et venati; alii ictibus contusi mortisque damnati: Omnes in medio malorum, quibus manus Dei ipsos feriebat, ora sua aperiebant, ut eum laudarent ac benedicerent. Eum nos id ipsum non agimus? cur è contrario furore quodam diabolico Deum tanquam hostem nostrum intuemur, ac in scandalosa et in ipsum contumeliosa verba erumpimus?

Ad nos ipsos igitur redeamus, et Deo ob calamitates nostras agamus gratias, inquit S. Joannes Chrysostomus, nec unquam huius gravis veritatis obliviscamur, quod, sicut nihil adeo gratum ipsi accidit, quam demissa gratiarum actiones, in quibus demum rerum circumstantiis constituti sumus; ita etiam è contrario nihil adeo ipsi ingratum sit, ac murrura et blasphemias. Quid ergo, cum ex calamitatibus nostris proficere possumus, adeo infelices erimus, ut eis abutamur? Quid, inquam, id, quod coelum ad nostram sanctificationem, si eundem spiritu ad ipsius voluntatem parato surripimus, destinavit, spiritu seditionis et rebellionis fiet materia rebellionis et seditionis? Orant ergo à servo Dei absint hæc imprecationes et blasphemias: An animi ad ei maledicendum linguam adhibebit, quæ ipsi data est ad ejus laudes decantandas, ut ob afflictiones, quas ipsi immittit, gratias agat, et omnis boni loco ipsi sit patientia sua.

Cum arbor putatur, inquit S. Chrysostomus, ex ea procedunt viridiores surculi, atque ipsa pulchriorem ornatum indere videtur, quam ille, quem amisit, erat: Similiter, mi frater, et si iniquus quidam usurpator te omnibus bonis tuis spoliasset, et si diuturnus morbus tibi maiorem juventutis tue florentis partem abstulisset; si tamen per humilem voluntatis tue cum divina consensione Deum laudare non desinas, scito, quod ex tua patientia et virtute magis, quam unquam, florentes divitiæ spirituales renasituras sent; at contra, ubi sacrilegis blasphemias vel inutilibus murrurationibus te permiseris, tunc damna tua et pro tempore et pro æternitate duplicabuntur.

Fortè idud hic anteverto, quod tu mihi dicere interdixisti, scilicet, quod non ex averso animo aut in Deum odio blasphemias, sed ex detestanda, quam contraxisti,

136.

\* Hom. 9.  
137.



consuetudine. Id ego concepsim; sed an arbitris, te inde minus reum esse, hancque infelicem consuetudinem tibi excusationis loco esse? <sup>2</sup>

Ex consuetudine blasphemias, jam diu ergo in peccato tuo perseveras, jam à longo tempore Deum irritas, atque ad immisericordem vindictam provocas.

Non improvisè aut ex vehementi quadam tentatione, sed ex professione et instituto in hac fatali arte prestantissimus exaristi, utpote quam à pluribus jam annis exercueris; ex hac partitèntia cathedra, in qua sedes, alios impietatem doces. Ex consuetudine blasphemias, tu ergo ex consuetudine Dei acerbissimus es hostis, Daemonis subditus, Luciferi instrumentum.

\* Act. 13.

Tu es ergo sicut Elymas Magus, Sathanae Procurator, \* qui veros fideles à viis Domini avestere non desinis illius adorandæ Majestatis contemptum eis inspirans? Infelix an non times, ne, sicut ille, cocitate percutaris? An non metuis, ne ignis de coelo super te descendat, quemadmodum olim in insolentes quinquagenarios illos, qui Elia insultabant, descendit; aut ne terra sub pedibus tuis dehincens te deglutiat, prout aperta fuit, ut famosos tres vateris Legis blasphemos illos abroboraret? Si vir qui alium graviter offendit, illius contemptum subire veretur, quamvis cum illo in gratiam rediens, quantus debet esse terror tuus animique perturbatio, tu qui hodie blasphemias, et qui coas fortè jam ad Dei tribunal citaberis, ut ei abominabilis vitæ tuæ rationem reddas?

139.

Id Juxtanat tibi dicere possum, te nempe jam unum pedem in inferno positum habere, tæpæ brevi illuc decemurum, nisi malam hanc consuetudinem abjicere festines: In remedium, quod ut adhibeas jubet Spiritus Sanctus: Jurationi non avertat os tuum: multi animi casus in illa. Et si magno tui infortunio jurandi consuetudinem contraxisti, quò eam perdas severas tibi met ipsi gravesque poenas injunge.

\* Rom. 5. ad pop. Ant.

A juratione facile transitus fit ad blasphemiam, inquit S. Chrysostomus\*, necnon impossibile est, ut ille, qui crebro nomen Dei in ore gestat, ipsum etiam injuria non afficiat. A juratione igitur abstine, et non amplius blasphemabis, ac cum tibi dico, ut ab ea absti-



neas, addit S. Chrysostomus, nihil impossibile prae-  
cipio: Id facere potes, dummodo curam aliquam adhi-  
beas, dummodo alios roges, ut te moneant, atque cogni-  
ta criminis tui enormitate, illius à te ipso poenam  
exigas. Si huiusque lingua tua fatale fuit Dæmo-  
nis instrumentum; an non nunc tempus est, ut divi-  
narum laudum fiat organum? inquit hic S. Pater; Et  
si ea pro morte tua Deum contumaciter afficiendo labora-  
vit, an non æquum est, ut illam <sup>ad</sup> vitam et salutem tuam  
usum impendens violatum adorandæ Majestatis Divinæ  
honorem resarciendo? Verum quia Sapiens evanuit, ut  
plures dentur blasphemiarum auditores, quam blas-  
phemi; quid agendum est, ut quoddam remedium huic  
peccato afferatur illiusque cursus reprimitur? Id vobis  
eo explicatum.

Quod S. Bernardus de obtractatione, qua homines  
adortur, dixerunt, id pro suo modo et ratione de blasphe-  
mia dicere possumus, quæ est species quædam enormioris  
adhuc obtractationis, utpote quæ Deum immediate  
offendit. Obtractatio est valut gladius utrinque secans,  
qui uno ictu tres ferit et vulnerat, obtractatorem  
siliat, illum, cui obtractatur, et eum, qui obtracta-  
tionem audit: obtractatorem, quia peccato suo sibi  
lethale vulnus infligit: cui obtractatur, qui in suo  
honore contumaciorè læditur: et qui audit obtractorem,  
quia Sapiens suâ obsequentia et silentio se ipsum perdit.

An non idem de blasphemia dicere possumus? Quan-  
tum scelus in eo, qui illam evomit! Quanta Deo injuria,  
quam impetit! Sed etiam quantum vulnus in illius ani-  
ma, qui tranquilla eam audit et tolerat! Ne erretis S. M.  
qui nomen Dei blasphemantem gelidus velut auribus  
audit, ac si ignominia, qua Deus ipse afficitur, mini-  
mè illum tangeret, alieni peccati participem se facit.

In veteri Testamento reperimus Regem, piun-  
nampe Ezachiam, qui regias vestes suas scindit, ut  
palam faciat, quam vehementi dolore abominandi  
Rabsacis blasphemias audiat, idque agit, inquit  
S. Hieronymus, quia timet, ne propter sua et popu-  
li sui peccata impius iste maledicta sua evomat in  
Deum, quem à suis propriis subditis adeò neglexit ver-  
nit.

In nova lege Pontifex falsò, & elo abruptus simi-  
liter vestes suas direrpit, quòd ridiculè arbitratu-

Parv. da. 140.

Ferrisima pla-  
ne, quæ tres in-  
fuit letholiter  
flatu uno, pro-  
facto et acutissi-  
ma, quæ tres  
penetrat ictu  
uno.  
S. Bern. de tri-  
plici custodia  
manus, lingue,  
et cordis.

141.



Jesus Christum, cum se filium Dei dixerat, blasphemasse.

Et vos Auditores, qui pluribus titulis, quam Rex ille Deus estis obstricti, vos, quibus celus secundum scientiam vehementiores animi sensus ob injurias, quibus afficitur, inspirare debet, quam simulata pietas, huic iniquo ministro inspiraverit, an patiemini, nec vindicabitis Deum exercituum et Dominum virtutum ab enormibus et scandalosis blasphemis, quibus sanctum ipsius nomen labefactatur? Quae vobis in hac ignavia indolentia erga Deum animi sensa, et quid ipse de vobis sentit? Quae, inquam, vobis erga Deum sensa? Enimvero si ipse est Pater, Magister, Amicus, Supremus Dominus vester, si haec qualitates in aliis divisa in ipso conjunctae reperiuntur, an non infinitis titulis obstricti estis ad tuendam ipsius gloriam? et an potestis sine peccato pati, ut in vestra praesentia contumelias afficiatur? Quid de filio censeratis, qui frigida maledicta in patrem suum jaci audiret? Quid de servo, quem contumelia Hero suo illata nihil commoverent? De amico, qui injurioso silentio pateretur infamias de suo amico prolatas? De subdito, qui ad scilicet sermores, quibus Principis sui gloria labefactaretur, esset indifferens et insensibilis? Ficeretis utique, filius iste non est bene moratus, servus ille non est fidelis, amicus ille non est sincerus, subditus hic non est verus subditus: omnes obmollem et ignavam indolentiam suam severe castigarentur.

142.

Quia ergo Deus omnium horum vobis loco est, quia nullus Pater, nullus Hero, nullus Amicus, nullus Princeps talis unquam fuit sicut ille: de ipsius mente ex vestra forte iudicium, aut vestram ex sua emendate. Exprobrare vobismet ipsis indolentiam vestram, de vestra detestabili verecundia erubescite, et disite, quod, si Deus in sua ira vos publicis miseris aut paucioribus calamitatibus permittat id plerumque ideo eveniat, quia ipsum dereliquistis, et inultum passis estis de his, qui vobis praesentibus sanctum ipsius nomen blasphemaverunt.



\* S. Chrysostomus non aliam urbem Antiochena<sup>m</sup> calamitatum et vindicta, quam de illius civibus Theodosius Imperator sumere decreverat, afferre videtur rationem. Huius Principis Status in publica scditione dejectis, misit ipse in hanc urbem Belliduas cum militibus, qui igne et caedibus omnia misuere. Miseri populi isti magno terrore perculsi animisque consternati, nil nisi mortem operiebantur; at S. Chrysostomus inde sumit occasionem ipsis exponendi, quod non alia ratione Deus permisit, ut Imperator adeo indignè ab ipsis habitus fuerit, nisi quia blasphemos toleraverunt, qui ipsummet contumelioso contentu affecerant.

\* Hom. 2. ad pop. Antioch.

Si eos, qui debitam divinae Majestati observantiam haud exhibuerunt, punissetis, vos ipsi ab ea, quam Imperatori debetis, non discisissetis. An non melius fuisset hos flagitiosos etiamnum cum propria vita vestra discrimine punivisse, quam ex eorum insolentia ad funestum, in quo vos carnimus, statum esse redactos? Culpa est particularis, sed ignava tolerantia vestra facta est crimen publicum. Propter ipsorum insolentiam timetis; sed periculum subitis, ne voluti flagitii ipsorum complices poenas detis; si vobis vestra sueratos hos expulissetis, nunc ab istis inquietudinibus et angustiis liberi esatis.

Quoties ego vos monui, quod sine peccato blasphemos tolerare non possitis! consilia mea spravistis; nunc in quonam statu vos vestrae sint, vidatis, et quomodo Deus tam flagitiosam negligentiam puniat, permittendo, ut Supremus vester in terris Princeps injuriam Statu suis à vobis irrogatam uliscatur, quia eos castigare neglexistis, qui adversus summum omnium Principum Principem blasphemaverunt.

Ergo verum, et heu! nimisquam verum est, neminem tranquillè et patienter blasphemos, qui Deum contumelios afficiunt, audire posse, quin se justè ipsius in hoc et in altero mundo vindicta exponat. Si famas optimas provincias nostras devastavit, si penuria universalis huius florentis regni faciem mutavit; si anni tempestates omnino inverse apparuerint: inde indolentiam nostram exigamque vram vindicandi De-



eam à blasphemis, quae contra ipsum evomuntur, incusemus.

143.

En Sr. M. quid hac occasione agere debeatis, non pa; si ii, qui has blasphemias proferunt, vobis sunt superiores, gemite super eos, et à Deo conversionem ipsorum postulato. Si vobis sunt aequales, ab eis, et ab ipsorum amicitia recedite; et si vobis sunt inferiores, ipsos corripite et severius punite.

Vos patres et matres sine ullà commiseratione filios illos castigato, quibus est insolentia Dei nomen blasphemandi. Domini et Dominae à Domibus vestris abigite hos impios famulos, et cum pio Esachiamutate, nos, si eos toleratis, vobis ipsis coeli maledictiones accessatis. ubi enim omni severitate, quam tale flagitium meretur, eos castigaveritis, tam sancta actione manus vestras sanctificabitis.

144.

Denique quicquid sitis, ne unquam Dei nomen blasphematis, nec patiamini, ut alii in vestra praesentia illud blasphemant. Si vobis quaedam adhuc fidei et rationis scintilla reliqua est; si peccatum vestrum nondum omne Christianismi et sani sensus lumen in vobis extinxit, ad hoc mentem animique vestrum intendite: cum adversus Ierum Christum morti jam proximum unus à duobus latronibus, qui ad ipsius latera cruci erant affixi, horrendas blasphemias vomeret, alter illo patientior et sapientior hisce cum iniebat: "Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es. Et nos quidam iusti, nam digna factis recipimus; hic verò, contra quem blasphemas, nihil mali fecit."

\* Luc. 23.

Hoc Sr. M. ut attentè vobis unipfis reputetis, velim; certè usque hunc, quod si prius id animo raro vissetis, execrandam, qua tenemini, blasphemandi consuetudinem jam abjiciissetis, usque, qui blasphemant, id diceretis, quod bonus latro ad malum dicebat.

Vos equidem et plures alios ad peccatum istud impedit, modo molestus rerum vestrarum status; modo iniqua officia, quae vobis fuere exhibita; modo indigentia, ad quam reducti estis; modo om-



potentia, in qua estis, consiliorum vestrorum felicem consequendi exitum; modo confusio in vestra familia, morosus uxoris genius, effrenata licentia et indocilitas prolis: Sed meministis, vos in his omnibus nihil pati, quod non mereritis, hęc esse poenas peccatis vestris debitas, quas in bonum usum convertere possetis, si eas Deo offerretis, nec in imprecationes adversus ipsum conumpertis: Nos digna factis patimur, hęc autem quid mali facit? Sed denique quid mali facit Deus, ut cum tanto contemptu et insolentia eum tractetis? et quid lacerati estis mormurando, et contra ipsum blasphemando? O quam vehementer metus, ne in vos, sicut in malum latronem illum, ira Dei erumpat! tristisque experientia sentiat, quam difficile blasphemus salutem consequatur, dico difficile! non quasi id esset impossibile: sed ut serio vos ab hoc peccato emendare satogatis, et cum latrone poenitente hinc Deum alloqui valeatis: Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum.

Documenta Moralia  
Sensu Patrum et Theologorum  
circa Blasphemiam.

## I.

Licet sapius jam ad vos de blasphemia verba fecerim; de ea tamen vobis loqui non cessabo, donec ab hoc peccato vos emendaveritis, inquit S. Chrysostomus ad populum Antiochanum\*; nam si malum agere non erubescitis, neque illud in vobis reprehendere me pudere debet. Si mea monita sunt nimis frequentia, id vestrę, non meę, culpę accidit: cur tam crebro violatis precepta, quorum observatio tam facilis est? cur malam consuetudinem non abjicitis, quam emendare potestis, quin magnam vim vobis inferatis? Vultisne ut vos servatum hanc <sup>ita</sup> detestandam consuetudinem aradiandi doceam? Si non obstantibus exprobrationibus, quę vobis fiunt, monitis, quę vobis dantur, horrore, quo ii, qui vos vident et audiunt, afficiuntur, nihilominus tamen in vestra pravitate perseveratis,

145.

\* Hom. 5.



per diem unam vobis subtrahite refectioem, vel quam  
 Dam alia poenitentiam vobis imponite; poena haec ad  
 quam vosmet condemnabitis, cum gratia Dei bonos pro-  
 ducet effectus: Sitis et fames vos vestri muneris admo-  
 nabunt, nec forte alio indigebitis consilio.

## II.

146.  
 Jrai. 58.

\* Hom. 2. ad  
 pop. Ant.

Olim Propheta Jraias hinc Judaeos alloquabatur:  
 Quid vobis prosunt vestra jejunia, cum furiosam nutua-  
 rum litium et contentionum pruriginem in vobis non  
 reprimant? Et ego, addit S. Chrysostomus, Inalem  
 fructum ex vestris jejuniis percipietis, nisi blasphemiam  
 deseratis? an ore et lingua contaminatis ineffa-  
 bilia mysteria participabitis? Si ad tangendas pretio-  
 sas vestras manus lavare oportet, an Sacrum Domini  
 corpus impura lingua attestabitis? Blasphemia  
 à Daemonum provenit, et opera peccatis, ut benedictio-  
 nes et laudes, sunt à Deo: quae velatis lucis ad tenebras,  
 Jesu Christi ad Belial? Non modo latet, vos crinitas vi-  
 vos vestras exornasse, ut malam hanc a consuetudine  
 abjiceretis: At quia sine aliqua ope hoc tam sanctum  
 propositum ad optatum effectum adducere non vale-  
 tis; hinc conventus agite, cohortationes, monita, mi-  
 nisque adhibete, quibus <sup>vobis</sup> mutuo ad vestrum officium  
 excitetis. Gravitates vestras contrariis actibus  
 emendate, mutuo vos omnes invitare ad benedicon-  
 dum et laudandum Deum, veniamque rogandum;  
 atque sancta quadam emulatione totis viribus con-  
 tendite, quis vestrum ipsius laudes melius sit decon-  
 taturus, et religiosiori poenitentia illatam ipsius ho-  
 nori injuriam sufficienter resorciat.

## III.

147.

Blasphemum inter et aeternum Damnatum  
 exiguum reperitur discrimen. Enimvero ille aequè ac  
 iste est Dei, sui ipsius, et aliorum hominum inimi-  
 cus. Inimicus Dei, ipsum in propria personam adortus  
 sui ipsius inimicus, se ipsum tolerare non valet, sui-  
 que ipsius carnifex efficitur. Inimicus aliorum homi-  
 num, quorum horrore et odii est objectum.

## IV.

148.

Ceteri peccatores Deum adorientur in ipsius creatu-  
 ris, servis, amicis; sed blasphemus arma et rabiem suam  
 in ipsius adorandam personam vertit. Si alii peccato-



res se eos efficiunt, id est, modo sub spe commodi alii-  
 cuius, modo sub pretextu necessitatis cuiusdam, mo-  
 do ex tentatione voluptatis; sed nihil horum homi-  
 num potest imitari ad blasphemandum, non com-  
 modum, quodnam animi inde capit emolumentum  
 aut honorem? à contrario abjectior et magis odiosus  
 efficitur. Non necessitas; equidem bene capio, quod  
 egeris, ut necessitatem qua premitur, elutari va-  
 leat, sapia mentisendi, decipiendi, furandi consilium  
 arripial; equidem bene intelligo, quod puella, cui  
 nec facultates, nec ars, qua vitam sustentet, sunt,  
 sapius tentatur ad id, quod sibi charissimum est, in-  
 fami divitis cuiusdam subornatoris cupiditati con-  
 sacrandum: sed quod homo blasphemis miseriam  
 suam elutatur, nullum est indicium, semper aequè  
 pauper est. Non voluptas; nisi dicere velimus, cum  
 ex illorum esse nimis, de quibus Sapiens ait, quod  
 in rebus pauperum lætentur, exultant in rebus pauperum  
mis.

## V.

Verum quam caro hæc proterva voluptas ipsis ve-  
 nit! Divina justitia enim blasphemis utitur, ut eorum  
 furorem contra ipsos vestat, propriisque sui ipsorum car-  
 nifices efficiantur. Iræ disrumpuntur, crines sibi eval-  
 lunt, manus et pedibus supplodunt; et quia per-  
 sapia, quod optant, haud evenit, in semet ipsis inuti-  
 litatem desideriorum suorum ulciscuntur. Hic luxor  
 luxuri, hic litigator litam vincere, ebrius iste, ut om-  
 nes si cedant, cupere; et quia undique magna suis  
 desideriis invenerunt obstacula, hinc cum de aliis non  
 possint, de se ipsis sumunt ultionem. Colloquia blas-  
 phemi sunt intolerabilia, inquit Sapiens; \* Narratio \* Eccli. 27.  
peccantium odiosa, loquela multum jurans horripila-  
tionem capiti statuit, et irreverentia ipsius obtura-  
tio aurium.

## VI.

Nec mihi quis pro excusatione blasphemandi con-  
 suetudinem, quam contraxit, protervat, inquit S. Chry-  
 sostomus\*: An ergo hanc consuetudinem vincere non  
 possumus? Desiderium à natura provenit, malum de-  
 siderium à voluntate: sed jurandi et blasphemandi

149.

150.

\* Hom. 19. ad  
pop. Antioch.



consuetudo à nostra negligentia, ium, ubi volumus,  
difficilimis rebus nos ipsos subijciamus.

Quibus tormentis se non exponit juvenis, qui in fune  
ambulorum manus incidit? Hi membra ipsius mille  
cruentibus afficiunt; corpus ipsius velut rotam cir-  
cumagunt, formidandisque contusionibus ipsi saxum  
mutare velle videntur; et tamca neque hujus infamis  
artis labor, neque dedecus cum ea avertunt ab ea.

Comas alios in theatro, qui suis brachiis velut alis  
volitant; alios, qui gladium in aërem jaciunt, atque  
recidentem scutulo retinent; alios denique, qui in  
sublimi fune ambulant haud minori fiducia, ac si  
super firmam terram incederent. Nos res istas, quae  
initio statim imaginationem perterrent, faules red-  
dit: Verum quanam difficultas, quis labor, quodnam  
periculum occurrat abstinendo à blasphemis? Profecto  
si quis vel modicam diligentiam adhibuerit, statim  
id asequetur. Quantum doctus, si toto orbe divulge-  
tur, hanc esse civitatis Antiochena consuetudinem  
verè christianam, quod scilicet in ea nulla unquam  
audiantur blasphemiae? Vicina urbes hoc inaudient;  
exteri mercatores, quibus vobisum sunt negotia, hu-  
jus rei famam ad remotissimas nationes perferent.  
Communitè laudantur urbes à securitate portus,  
à pulchritudine et amplitudine compitorum ipsarum,  
à qualitate mercium, quae in iis venum exponun-  
tur. Satagite ut Antiochia ab illa singularitate,  
quae alibi non invenitur, laudem mereatur, atque de-  
catur, nullum in ea esse habitatorem, qui vel unico  
juramento vitam suam redimere velit. Laus haec non  
minus erit vobis utilis ac gloriosa; alia quae urbes  
se ad exemplum vestrum se component.

## VII.

isi.

Canes ablatrant furas, ac eos, qui Heros suos adori-  
untur, et tu non vis, ut toto fervore et auctoritate  
mea utar ad allatrandum et impetendum eos, qui  
Iesum Christum ignominia afficiunt? inquit S. Hiero-  
nymus. Quidquid evenerit, ad omnia comparatus sum,  
rideas, vel inclementer habeas; morì possum, at tace-  
re non possum, ubi excavationes et blasphemias  
audio.

\* Canes latrant  
pro Dominis  
suis, ut non  
ma vis latrare  
pro Christo. lib.  
3. ad Ruff.



## VIII.

152.

Cum blasphematores audieritis, eos verbo et ipsa manu, si fuerit opus, corrigite, rubore hos impudentes suffundite, manum vestram sanctorum operi impendere non valetis: et si inde vobis lis intantur, audacter coram iudice comparate, ac pro omni defensione vestra dicite, quod blasphemiam vindicaveritis. Si enim ii puniuntur, qui Principis nomen cum irreverentia tractant, à fortiori utique castigandi sunt ii, qui Dei nomen contumelia afficiunt: crimen istud publicum est, injuriaque communis, quae omnes tangere debet.

Neque mihi dicas, nihil mihi cum hoc viro negotii vitam agat et loquatur, prout ipsi lubuerit, quid inter me et illum commune? Quid inter te et illum commune? reponit S. Chrysostomus\*, omnia tibi cum illo sunt communia, idem tibi et illi Dominus, eadem leges, eadem spes. Ne ergo sub hoc falso praetextu, quod res ac commoda vestra sint separata, fratrum vestrorum salutem negligatis. Audacter vobis dixerin, quod, si ii, qui me audiunt, cum charitate fratres suos reprehendere voluerint, brevi virtus in tota civitate pretium suum habitura sit. Quod si in ea multi pereant, id aequè vestra ac illorum culpa accidit.

\* Hom. ii. ad pop. Antioch.

An non mirum, quod, ubi vixantes videmus, subito accurramus, ut eos ab invicem separemus; et ubi tot videmus, qui blasphemias suis aeternum parant, nec tamen ipsis opitulari dignemur.

## IX.

Rogo vos S. M. inquit S. Chrysostomus\*, ut hoc poenitentiae tempore tria mihi concedatis, nampe ut non maledicatis, nomina oderitis, et à blasphemias abstinatis. Et quemadmodum, ubi nova tributa imponuntur, quilibet se in domum recipit, et cum familia sua consilium inquit super medijs pro rata parte sua satisfaciendi; id etiam vos agite circa has spirituales impositiones: quanam sunt illa? fuga obtractationis, inimicitiae, et blasphemiae: haec impositio vos bonis vestris non exhauriet; à contrario inde ditiores evadetis.

\* Hom. 3. ad pop. 153.

Omnes ergo curas vestras ad exsequenda haec salutaria praecapta impandite: vos mutuo exhortemini ad ea explenda. Fortè non abs re fuisset, vobis simul et semel omnium virtutum christianarum exercitium



injungere; Sed arbitratus sum magis ad propositum fore, si eas unam post alteram vobis exponerem, exemplo agricolae, qui agros suos non simul et semel sed licetim arat, ac tandem opus suum feliciter perficit.

## X.

\* Serm. 10.

\* Suis bene me fore importunum, quod tam sapientem eandem blasphemiam fugam inculcam; Sed parum interest, fortassis importunitas mea vos movebit:

\* Luc. 19.

\* et si vidua exprobrationes iniquum Judicem mutare voluerunt, Spe lactos, verba mea aqua feliciam suam esse habitura; idque tanto magis spero, quod non mei sed vestri gratia vobis sim molestus; Sed quid dico? commodum vestrum et meum commodum est, nec ullum inter utroque pono discrimen.

## XI.

Utinam ardori, quo pro vestra salute contumor, respondere vultis. Etsi nullum supplicium iis, qui Dei nomen contumelia afficiunt, et nullum proinde iis, qui debitam ipsi gloriam reddunt, esset destinatum an non instantibus precibus meis hanc gratiam concessere deberetis? Deus ipse ad id vos sollicitat; et magna est ingratitude, id illi denegare, cujus totum commodum in vos recidit.

## XII.

154.

"Vidi | inquit Zacharias: | falcem volantem, longitudo ejus viginti cubitorum, et latitudo ejus decem cubitorum. Et dixit ad me Dominus, haec falcis ingreditur in domum blasphemantis, et commorabitur in medio domus ejus, et consumat eam et ligna ejus et lapides ejus. Quam inaudita figura! Quae vobis significat, inquit S. Chrysostomus\*, blasphemorum supplicium esse inevitabile. Fortè quis gladium evitare poterit, at quomodo se tutum praestabit à falcis alata, quae obvia quaeque lundit et separat? Sed quare domum blasphemantis evadit? ut nempe haec ruinam ceteri admittenti idem vimas non perpetrarent, ne eadem supplicia subjiçantur.

\* Hom. 15.

## XIII.

\* ibid.  
155.

\* Quid agitis infelices? Super sacram mensam juratis: latrones homicidia perpetrant, sed in platea.



Et vos Caino peiores, in presentia matris filium sacri-  
ficatis. Eulera locus est orationis et non blasphemiae;  
Altare venenum non est, sed remedium. Sit  
saltem vobis reverentia quaedam erga librum, qui  
ad vos defertur; aures prebete huic Evangelio, super  
quod profanas manus vestras ponitis. Fortè manda-  
tum Domini Christi audientes, illud violare eubescetis.  
Minus lacrymas pro miseris, qui interficiuntur per in-  
sidias, quam pro iis, qui pejerant super Evangelia, effun-  
do. Infelix, ut bona tua serves, animam perdis! quae  
hanc inter et illa comparatis!

## XIV.

Si nosti illum, à quo iurjurandum exigis, esse vi-  
rum probum, cui simpliciter asseveranti non credis?  
Et si vir probus non est, cur ad pejerandum cogis? Dico,  
quod aliam probationem tuam imperfectam sit futura, sed  
hac utilitate te priva ut maiorem accipias. Nam Dani-  
que, quando Iomum videt, an non conscientia tua tibi  
exprobrat, quod ad grave peccatum operam contuleris?  
Quanta tibi consolatio, cum dicere potes: Benedictus Deus,  
à flagitio proximum meum servavi; potius passum  
sunt omnes meae facultates, quam ut legem Domini  
infringam, aliosque ad eam violandam adigam. Hae  
cogitationes magna te afficere debent letitia. An  
non interdum magnanimo animo injuriam toleras?  
omnis vindicta loco sufficit tibi dicere: offensus fui;  
sed Deus, ad quem inimicus meus pertinet, mihi manus  
ligat, ac impedit, ne illum odio persequar; pariter  
ubi aliquem ad pejerandum comparatum videris, dic  
ipsi, Deus vetat mihi, ne te tentem, id non faciam.

## Supplementum.

Vix aliqui, praeter jam adductos Patres occurrunt,  
qui saltem cum probationibus et argumentis inter se se  
cohaerentibus de blasphemia differuerint. S. Ephrem  
Tom. 2. operum suorum patheticè de ea scribit. Ibi os-  
tendit, quam enorme sit hoc peccatum ob contume-  
lias, quibus Deus afficitur, et magna beneficia, quae ab  
ipso recipiuntur. Quam contagiosum sit, ob malas im-  
pressiones, quae in Christianismo procreant. Quam funes-  
tum sit iis, qui in illud labuntur, propter supplicia tem-  
poralia et spiritualia, quibus ipsi exponuntur. "Quo-

156.

157.



» usque tandem exacerbamus eum, qui tanta nobis dona  
 » donavit? qui pulverem à terra capiens formavit homi-  
 » nem, et inspiravit in eum spiritum vitae, qui cuncta  
 » subjicit sub pedibus ejus, et nos dormientes custodit, et  
 » axuitatos protegit, et esurientes nutrit, et nudos vestit:  
 » pusillanimes consolatur, corripit et miseratur; qui  
 » etiam filium suum unigenitum pro omnium vita  
 » tradidit. Nos autem pro beneficiis ejus spinas et tribu-  
 » los proferimus, p.

B. Bureau in suo Panario tit. Blasphemia et Maledictio, quidquid proclaram Patros edixere, refert. Ad-  
 ducit etiam plura exempla ex S. Gregorio, Cardinali  
 Petro Damiani, et S. Joanne Climaco, ubi blasphemi-  
 jam in hac vita terribiliter puniti cernuntur: Quin-  
 quennis infans à Daemonibus raptus, lusor subito suffo-  
 catus et blasphemando animam exhalans; alii ob-  
 sopri et in furorem acti, p.

158.

Videri etiam possunt ea, quae hae de re loquitur S. Ba-  
 silius Hom. in hunc Psalmi 33. locum: Prohibe linguam  
tuam à malo. Origenes Hom. 2. in Ps. 38. S. Hierony-  
 mus in c. 19. Job. ubi haec ait: » Ad hoc Diabolus consumentis  
 » carnibus Sancti Job labia ejus integra dereliquit, ut ha-  
 » beret positus in tormentis, quibus facile posset blas-  
 » phemare; quare cordis blasphemia non sit, pro qua  
 » ipsa Job sicut pro caeteris peccatis holocausta Deo pro-  
 » filius suis offerabat, sed idè Diabolus linguam reserva-  
 » vit, ut intelligere posset, si Job ob cordis simplicitatem  
 » blasphemiam proferret in labiis.

Leguntur apud Nicolaum Hanapum tit. Blasphemia contra Dominum plura exempla insignium Blas-  
 phemorum à S. Scriptura educta: ex c. 24. Levit. ex i. 2. 3.  
 et 4. lib. Reg. c. 2. 12. 20. 21. 18. et 19. ex lib. Judith. c. 6. p.

Plura etiam alia exempla commemorat tit. Imprecationes hominis contra alium hominem, cui maledicunt  
 Legi potest ex illo opus istud, quod totius S. Scripturae com-  
 pendium est, et in quo summi momenti materiae cir-  
 ca vitia et virtutes tractantur.

Inter sermones morales, qui per modum praconi  
 sunt editi, reperitur unus de blasphemia pag. 101. et seq.  
 in quo demonstratur, quòd blasphemus Deum offendat in



ipsius magnitudinis, misericordie et humilitatis  
 statur; quod hac ratione in blasphemia impie-  
 tas maximè enormis contineatur, cum Deus ipse  
 impetatur; quod species quaedam execrationis in  
 ipsum jaciatur, quod Baptismo omnibusque reli-  
 gionis ipsius signis renuncietur. Ibidem etiam refe-  
 runtur ea, quæ hanc in rem S. Basilus in suis parvis  
 regulis eloquitur. Item S. Augustinus lib. de mori-  
 bus Manichæorum, et lib. de mendaciis. Et S. Gre-  
 gorius Nazianzenus adversus Julianum Apostatam.  
 Postmodum ostenditur malitia et ingratitudo Chris-  
 tianorum, qui caput, corpus, sanguinem et membra  
 Christi per suas blasphemias impetentes, ex ipsa bena-  
 ficiorum illius materia novam ipsum contumeliam  
 efficiendi occasionem sumunt; quod ipsos Dæmonibus  
 pejores reddit. pag. 117. et seq.

Episcopus Mezeriacensis in suis Actis de Dei magni- 160.  
 tudinis epistolis, epistola 35. de magnitudine nomi-  
 nis ipsius, quod est ineffabile, incomprehensibile, et  
 quod nemo, sine Summa impietate laesere potest,  
 sisset. Sunt in Deo, inquit nomina positiva, ut ipsi-  
 us, justitia; sunt etiam negativa, ut ipsius immorta-  
 litas; nomina personarum, in ipsius notionibus;  
 nomina p. Appellatur Creator, quia potentia ipsius  
 universum ex nihilo eduxit; Rex, quia Summo jure  
 de omnibus decernit; Judex, quia virtutem remun-  
 rat, et vitium punit; Pater, quia omnium homi-  
 num necessitatibus providet; Dominus, quia ipsos  
 officium admonet et instruit, ipsisque Sacra sua reve-  
 lat. Se ipsum in sacris Litteris nuncupat modo Jehova,  
 quod absolutam ipsius potentiam denotat; modo  
 Emmanuel, quod aequalitatem Substantiæ et divi-  
 nitatis inter tres personas divinas nobis figurat; mo-  
 do Adonai, quod ipsum omni subjectione solutum  
 esse, solaque proprii sui esse necessitate cum Subs-  
 tance nobis significat. Hæc omnia nomina Blas-  
 phematores ignominia afficiunt, p. Et hisce finit:  
 Si idololatæ sub poena criminis læsæ Majestatis  
 nomen sui Principis profanare, aut per illius genium  
 jurare ausi non fuerunt; quis nomen istud Ange-



lis adorabile, Daemonibus formidabile, omnibus  
 creaturis amabile offendere audebit? In ipsius vir-  
 tute consistit spes nostra salutis; illud cor amara,  
 et mens adorare debet quamprimum illud pronuncia-  
 ri audit auris, exemplo veterum Patriarcharum,  
 qui illud facis in terram prostrata laudabant.